



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita S. Libori[i], Cenomanensis Qvondam Episcopi: Nunc Paderbornensivm Tvtelaris Divi**

[S.l.], [ca. 1650]

Capvt XIV. Legati sic dimiſi, iter ſacris cum pignoribus Paderbornam  
verſus adornant, Surdus ab vtero mutusq[ue] ſenſibus ſuis redditur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45568**

*Cenomanē-  
sum cum  
Paderbor-  
nensibus  
perpetue  
fraternita-  
tis obliga-  
tio.*

quolibet tempore subtraheretur. Dehinc inter vtriusq; Ecclesiæ Cenomanicæ videlicet & præfatæ Paderbornensis Congregationes firmatâ charitate perpetuæ fraternitatis, ad patriam eis redeundi licentiam dedit. Quos tamen vnâ cum multitudine extra ciuitatē aliquandiu profecutus, cum paucis suorum redijt: quoniam à tam glorioso comitatu vix quisquam nisi inuitus separabatur.

## CAPVT XIV.

*Legati sic dimissi, iter sacris cum pignoribus Paderbornam versus adornant, surdus ab vtero mutusq; sensibus suis redditur.*

**E**T illi quidem annuente perspiciuâ DEI clementiâ voti sui se compotes effectos summo opere gratulantes, Kalendis Maij ab vrbe Cenomanica profecti, cum omni studio ad patriam festinare



nare contendunt. Cuius itineris gloriam ac latitiam quis dignè valeat enarrare? Opportunum tamen credimus viam omnem celeri stylo pcurrere, annotatis tantùm locis in quibus præcipua sunt, eademq; certissima gesta miracula. Nam omnia quæ sacrum illud iter cœlesti quodam lumine illustrarunt, ne illorū quidem aliquis, qui præsentibus fuērunt, dicere aut memoriâ potuit retinere. Illis itaque proficiscentibus, prædictâ die iuxta locum, vulgò Pontleuua nominatum, secutus eò quidam ex familia pertinente ad seruitium Ecclesiæ ipsius sancti Liborij, quem & sensum audiendi, & sermonis vsus nunquam habuisse magna pars populi nouerat, Dominum suum vt sui misereretur, quia voce non poterat, gemitu & lachrymis precabatur. Cūq; crebrò caput inclinatum, expansæ manus, leuati modò ad cœlum, modò ad sacrum feretrum oculi, satis in-

IX. Miraculum.

Pontleuua

E 4 ternum



ternum eius affectum indicarent, nec iam præ lassitudine sequi longius posset, tandem à poenâ secum genita relaxatus, eo primum die cœpit & audiri loquens, & loquentes audire.

## CAPVT XV.

*Mulier Morbida asseritur. Alia horrendorum hospita spirituum infelicioꝝ ope huius Diui expeditur.*

*Templum  
S. Medardi.*

*X. Miraculum.*

**I**N DE cœpto itinere properantes, cum ad Ecclesiam quandam, S. Medardi memoria celebrem, propinquarent, ibi in via quædam mulier à longa infirmitate curata est, quam per omne tempus vitæ suæ prius tolerasse ferebatur. De qua id quamuis incredibile, multorum tamen relatione asseriebatur, quod nullum alimenti genus vnquam gustare potuerit: sed cochlearū more, suo victitans succo,